contra megabyzum / qd' uidelicet odia inter ip̄os pri
uatim excitantur in publicum pernitiōsa: Cū unus
quisq; primus in republica esse uelit : Ex talibus au
tem odiis / seditiones: ex seditiōibus / cedes existunt /
Proinde opus est ut unus sit ueluti caput / a quo ne
quaq̄ membra dissentiant.

Hæ tres in consilio persarum fuerunt dictæ sen
tentiæ: quarum ultima uicit: qd' .f. melior foret status
unius: & ita auctor ipse sententiæ Darius paulopost
rex persarum ē declaratus. Hæc in curia barbarorū
agitata: qui nullo litterarum dolatorio sunt leuiga
ti. Videamus deiceps quid doctissimi uirorum su
per hac re senserint. Pleriq; oēs damnāt guber
nationem populare perinde ac pessimā: a qua Apol
lonius tyaneus Vespasianum dehortatur atq; ab
ducere contendit apud Philostratum cōtra Euphra
tis & Dionis sententiā / Vespasiano suadentiū / ut po
pularē statū restituat: tanq̄ ciuitas romana populari
gubernatiōe maxie gauderet: & sub tali administra
tione / magnā imperii partem adeptā esset sententiæ
Apollonii astipulatur. M. Tullius: q̄ in oratiōe pro
plantio sic inquit: non ē consilium in uulgo / non ra
tio / non discrimen / non diligētia: Et ab optimo poe
ta dictū ē: Scindit incertum studia incōtraria uulg?
olim Demosthenes quoq; extorris & in exiliū per

Cōtra sta
tū popu
larem.

Dictū de
mothe
nis.

gens cum suspirio dixit: O pallas / quæ tribus infestissimis belluis delectaris / noctua / dracone / & populo: tanq̄ populus inter κακα φηρια .i. malas bestias numerandus sit: Quin etiam Plato populum dixit esse belluam multorum capitum: cui succinit illud Oratianum: Bellua multorum capitum es : Nã quid sequar aut quem? Lycurgus nomothetes .i. legum conditor: interrogatus cur statum popularem in republica lacedæmoniorum non cõstitueret scitere spõdit: συ πρωτος εν τη οικια σου ποιησομ δεμκρατιαμ .i. tu primus in domo tua efficit principatũ populare. Quadrat huic rei sentẽtia quoq; illa græci poetæ catholica: ισχυρομ οχλοσ εστιμ: ουχ εχει δε μουμ: hoc intellectu: turba turbulenta est nec mentem habet;

Lycurgus
nomothetes.

Reliquæ duæ administrationes paucorum scilicet & unius ualde probantur: nam q̄ status optimatum qui dicitur Aristocraticus sit optimus nomine ipso declaratur & exemplis tam recentibus q̄ uetustis liquet: & auctoritate fulcitur. Sentẽtia plautina est in milite: Nemo solus satis sapit. Ex quo fit ut consultationes pluriũ bonorum in unum conspirantes sint salutare & conducibile rebus magnis administrandis. Aristoteles in tertio politicorũ Vno (inqt) duo meliores sunt: & ante Aristotelem Homerus cecinit: Duo ad omnia esse prestantio-

Aristocraticus status optimus.

Duo meliõs uno

res/hinc Agamēnon homericus decem optat confi-
liarios Nestori confimiles illo uersu . τοιουτοι Δε
κα μοι συμφρα Δμορεσι ειεμ' αχειοι.

- Status**
unius añ/
ponēdus.
- Homerus**
- Dion.**
- Cipriāus.**
- Rector**
mundi
unus .
- In apibō**
dux unus
- Cateꝝ ut statū unius optimū pstantissimūq; esse
credamus inclināt animus & ratio suadet / & senten-
tia eruditorꝝ decernit: quorꝝ auctoritas nobis pro ra-
tiōe ē: inter quos ē Aristoteles / q̄ i .viii. ethicorꝝ cēset
administrationē populi eē pessimā: unī? uō optimā
& Homerus q̄ in secūda illiados rhapsodia sic inq̄t
ουκ αγαθου πολυκοιραμιν εισ κοιραμοσ εστω
εισ βασυλευσ .i. non bonus ē multorum p̄cipatus /
unus sit dominus / unus rex: qd' uno uersu sic reddi
potest: Non opus ut multi sed princeps impet unus
rex / unus. Dion syracusanus uersum hunc Homeri-
cum referens: olim dicitauit non posse bene regi rē
publicam multorum imperiis: Et a Domitiano iti-
dem dictum ē: Non ē bona imperatorum multitu-
do. Ad hęc diuus Ciprianus ut unus inq̄t sit prin-
ceps omnis natura consentit. Rex unus ē apibus / &
dux unus in gregibus / & in armentis rector unus.
Multo magis mundi rector unus / qui uniuersa quæ
sūt uerbo iubet / ratiōe dispensat / uirtute consumat:
Cipriano subscribit illd' / qd' i decretis cano. septima
questione prima traditum est ex auctoritate Hiero-
nyimi ad iusticū monachum sic scribentis. In api-
bus dux unus ē / & grues unam sequuntur ordine lit-

terato/imperator unus iudex unus prouincia. Ibi-
 dem precipitur: ut singuli sint ecclesiarum episcopi/
 singuli archiepiscopi/ singuli archidiaconi: Ille quoq;
 diuinus Plato libro de regno maxime probat mo-
 narchiam idest unius principatum. Igitur cum con-
 fiet optimum esse statum unius paulo plura super
 hoc uidentur annotanda.

Scitum est illud Romani imperatoris principa-
 tum non nisi fato dari: & Homerus a Ioue autumat
 dari sceptrum & ius principi (Cū ait) Rex unus cui
 scepra dedit uenerandaq; iura iuppiter. Idem Dio-
 trephis uocat reges quasi a Ioue nutritos: ex quo fit
 ut ueluti dii terreni principes mortalibus colēdi sint
 Id quod olim ab Athanico gothorum rege ductum
 constat: qui cum ad Theodosium constantinopo-
 lim uenisset & urbis pulchritudinem/ imperato-
 ris opes/ apparatus maiestatem conspexisset mira-
 bundus: sine dubio inquit Deus terrenus est impe-
 rator: contra quem quicunq; manus leuare nixus
 fuerit ipse sui sanguinis reus existit: Verbum uetus
 est apud graecos/ uice prouerbii celebratum: προ-
 παρτων σεβουτο θειομ βασιλευα δε τιμα:
 hoc ē in primis Deū cole: Regē at honora: Antiq; re-
 ges idē erāt & pōtiffices: Vñ reges romāi pōtiffices di-
 cti/ qd' & in decretis canōicis distinctiōe uigesima

Volunt
 ex libo
 colligunt
 unq; uoc
 imitatio
 onibus
 Prīcipatū
 fato dari.
 Diotre-
 phis reges

quibus
 uolunt

prima proditum est: Et poeta nobilissimus illo uer-
su significat: Rex anius / rex idem hominum phœ-
biq; sacerdos: Quin etiam Plato memoriae prodit
Reges ægypti pontifices extitisse. Multæ sunt
constellationes principum effectrices: sicut illa qui
in prima parte Arietis horoscopum haberint nascē-

Cōstella /
tiōes prin-
cipum.
Polychro-
nius.

tur principes / reges / exercituumq; ductores. Item in
prima parte aquarii habens horoscopum erit prin-
ceps gloriosus / & polychronius / hoc est longeuus: ut
auctor est Iulius firmicus / in octauo matheos: qui
secundo uolumine loquens de imperatore sic fer-
me inquit: Solus imperator stellarum non subiacet
curfibus / & solus est in cuius fato stellæ decernendi
non habent potestatem: Cum enim fuerit totius or-
bis dominus / fatum eius dei summi iudicio guber-
natur.

Fatū im-
peratoris.

Igitur cum deus / & fata / & sydera principes terris
dent / quicūq; principi insidiatur & eius molitur ex-
cidium: is exterminandus est atq; omni supplicio
plectendus / tanquam in deum & fata manus infer-
re conetur: nam ut scribit apostolus in epistola ad ro-
manos: potestas non est nisi a deo. Qui resistit pote-
stati / resistit ordinationi dei. Ministri dei sunt prin-
cipes: Et ut ap̄ ueteres dictū accepimus a uita princi-
pis uelut a filo pēdet salus ciuitatis: nec solū malefi-
cia sūt casu in hoc puniēda: sed cogitatiōes quoq; / &
uoluntates: & quis apd' iuriscōsultos titulo de penis

Paulus
apostolus

scriptum sit cogitatiois penam nemo patiat: quā
 uis Portius cato prodiderit uoluntates esse liberas:
 nec pœnis obnoxias: tamen uoluntas uel sola puni
 tur: in maleficiis id genus: sicut docet Calistrat' scri
 bens / in maleficiis uolūtas spectat' : & ut iure consul
 ti autumāt eadem seueritate uoluntatem sceleris q̄
 effectum puniri iura uoluerunt. Item ad legem cor
 neliam de sicariis scriptum legimus. si quis cum te
 lo ambulauerit sicut his qui hominem occiderit pœ
 na coherceatur. Item titulo de extraordinariis crimi
 nibus p̄cipitur sollicitores alienarum nuptiarū &
 si effectum potiti non sint attamen propter uoluntate
 esse extra ordinem puniendos. Quæ tota discepta
 tio distinctione prima de penitentiis latissime expli
 catur.

Volunta
 tes libe
 ræ
 Snia iu
 riscōsul
 tog.

Ceterū q̄a unius gubernationē q̄ sit optimus ma
 xime probari satis liquet dicenda deinceps & expli
 canda sunt nō paꝛ multa: quæ in eo censemus in eē
 debere qui p̄iceps optimus & eē & uideri uelit: uul
 gatiōra aut̄ & triuialiter p̄trita omittentes: q̄dam iu
 cundiora fatu audituq; degustabimus: p̄ exēpla ma
 ximorū principū decurrentes: ut talis disertatio fiat
 neq; senticosa: neq; insuauis sed uoluptaria & expe
 tibilis. Dicemus aut̄ nō legitimo illo ex disciplina
 rhetorica ordie seruato: sed p̄t singula subibūt mē
 tem: & nobis dicturientibus obuia sese obtulerint.

Inter cognomina p̄cipū memoratu digna q̄tuor

sunt memoratissima: quæ si cuncta iunctim in unum
cadere poterunt: is erit ille quæ quærimus: sūt autem
hæc/ magnus/ pius/ pater patriæ/ & optimus.

Magnus
Alexander
Iudicium
Hannibal
lis,

Alexander ille longe omnium excellentissimus
a magnitudine rerum quas haud dubie maximas gessit/
magni cognomen inuenit: ut ita sine laude nunquam
nominaretur. Qui fortuna sua maior fuit: de
quo Hannibal penus ita iudicauit: ut Africano quæ
renti quem fuisse maximū imperatorem crederet/ res-
ponderit/ Alexandrum macedonum regem. Quod
parua manu innumerabiles exercitus fudisset/ quæ
ultimas horas supra spem humanam pagrasset: Verum
huic magni cognomento plus inuidiæ quæ pulchritu-
dinis inest: ut luculenti scriptores prodiderunt.

Pius An-
toninus,

Antoninus imperator Romanus cognominatus
est pius uel quod socerum fessa iam ætate manu suble-
uauerit: uel quod multos senatores hadriano iam iam
seuienti subripuerit: uel quod ipse Hadriano magnos
honores post mortem decreuerit: uel quod cum se Ha-
drianus interimere uellet ingenti custodia & uigilā-
tia fecerit ne id posset admittere/ uel quæ suapte natu-
ra clementissimus fuerit/ & nihil temporibus suis asperum fece-
rit/ Sptianus/ & Iulius capitolinus auctores: De quo
est illud Aufonii. Antoninus abhinc regimē capit il-
le uocatu consultisq; pius nomen habens meritis: Et

Aufonii
carmen

perfecto pii cognomen amabilissimum est: & maxime pietatis argumentum.

Est & patris patriæ appellatio, qua nihil pulchrius. Quod quidem nomen submonet ut princeps cum ciuibus suis quasi cum liberis parens uiuat: qua nuncupatione Cæsar Augustus maximopere letatus est: Nam cū in curia romana Valerius mesalla mandantibus cunctis ita dixisset: Cæsar augeste senatus te / cōsentiens cum populo romano cōsalutat / patriæ patrem: tunc ille prægaudio lachrimans ita respondit: compos factus uotorum meorum patres cōscripti quid habeo aliud deos immortales precari: q̄ hunc consensum uestrum ad ultimū uitæ finem mihi perferre liceat.

Superest optimi cognomen. Quod Traianus ueluti peculiare accepit ex senatus populiq; Romani appellatione: Quo nomine amplissima haud dubie bona continentur. Quod nomen sibi quisq; mallet / ut inquit Liuius: q̄ honores imperiaue: De quo Silius / optimus heu nomen melius maiusq; triumphis: & ut auctor est Plinius panegyrista: nomē Augusti & Cæsaris minus est q̄ optimi: Iupiter apud Ethnicos optimi nomine colebatur: Dicebatur. n. Iupiter optimus maximus: quā i re illud ānotādū qd

Pater patriæ Augustus.

Optimus Traianus

Plinius panegyrista. Iupiter optimus maximus

ante optimus idest beneficentissimus dicebatur q̄
maximus: quia ut inquit uere. M. Tullius maius ē
certeq; gratius / prodesse omnib; q̄ opes magnas ha
bere. Igitur si quis principū reperiret: qui magnus
pius / pater patriæ / optimus / merito cognōmiari pos
set: nōne hunc deo simillimum esse iudicaremus?

Quæ autem p̄cipue res talem principem efficiant a
me summatim explicabuntur. Dicāq; non qualis sit
in p̄sentia quispiem nuncupatim princeps: sed qua
lis in uniuersum quilibet esse debeat. Imitatus. s. Xe
nophontem: Qui in p̄cædia / scite / eleganterq; tracta
uit: non qualis esset Cyrus sed qualis esse deberet:
neq; enim ad historiæ fidem: sed ad optimi princi
pis effigiem ac archetypon historia illa perscripta ē.

Cyrus xe
nophōtis
nō histo
rica fide .

Homerus / ut hinc ordiamur / regē appellat ποιη
μενα λαων hoc est pastorem populorum. Et pla
ne sicut pastor gregem curat: ut totus habitior sit &
nitidior: nec unius quidem ouiculæ cura posthabita
sic oportet principem totum corpus reip̄. curare: ut
ex nulla parte manca sit: ut grex p̄pinguis / & latus /
& numerosus gloria est pastoris: sic ciuitas florēs &
fortunata & opulenta laus est principis. Qui obli
tus suorum ip̄ius cōmodorum ad utilitatem publi
cam quicquid agit debet referre: ut enim tutela sic p̄
curatio reip̄. gerenda est. Ad utilitatem. s. eorum: q̄
cōmissi sunt: nō eorum quibus cōmittitur: Qui ue

Pastor po
puloꝝ
rex .

ro partem ciuuium tütatur / partem negligitis ut sa-
 pienter docet Marcus Tullius / rem perniciosissimã
 inducit in ciuitatem seditionem scilicet & discordi-
 am: Et frustra princeps e plebe neglecta / ut scite scri-
 bit Plinius in panegyrico. Princeps reipublicæ ani-
 ma est. Respublica corpus est principis : ut auctor e
 Seneca libro primo de clementia. Ergo principi con-
 uenit rempublicam tueri ac fouere peride ac corpus
 suum: cui dũ parcit sibi ipsi parcit. Et ut olim decẽ
 ter dixit Falconius Nicomachus in senatu romano
 ad tacitum Augustũ. Ingens est gloria principis re-
 publicam magis amare q̃ filios.

Princeps
 aia reipu

Dictum
 Nicoma-
 chi.

Dicere solebat Aurelianus impator / Nihil popu-
 lo saturo letius esse: ideoq; decet principem Anno-
 nã urbicæ curã suscipere: ut populus sit saturo: ne fru-
 ges defiant: ne plebecula esuritione tabescat: ne fru-
 mentarii uel suppressione frumenti / uel enormita-
 te precii esurentes pauperes trucident. Scitum e il-
 lud Lucani. Gnarus & irarum causas & summa fa-
 uoris annona momenta trahi : Namq; asserit urbes
 sola fames: Emiturq; metus cum segne potentes uul-
 gus alunt: nescit plebes ieiuna timere. Romani cũ-
 primis annonariæ rei rationem habendam censen-
 tes: præfectum annonæ creauerunt. Primus autem
 ut docet Liuius in quarto præfectus annonæ Luci-
 us minutius creatus: eo tẽpore: quo tanta inopia ur-

Nil popu-
 lo saturo
 letius.

Lucanus

Prefectus
 annonæ

Miserrima mors ex fame
 bem inuasit uexauitq; ut multi ex plebe ne diutina fame cruciarentur capitibus obuolutis sese in tyberim precipitauerint: Et enim miserrimum mortis genus est fame mori: Quod graeco quoque uerbo testatum est: λιμω οικτιστον φαρειμ. Apud iurisperitos titulus est ad legem iuliam de annonae: quae lex utpote a Caesare lata haud dubie indicat procurationem rei frumentariae esse principalem: qua poena constituitur aduersus eum: qui contra annonam fecerit societatemque coierit: quo annona carior fiat. Item titulo de extraordinariis criminibus poena irrogatur in dardanos siue dardanarios: sic enim appellantur qui annonam uexant atque flagellant: a dardano opinor huiusce improbitatis repto. Laudant historici Traianum ex cuius prouisione factum est: ut Romae esset canon frumentarius septem annorum laudatur. Et hic septimius seuerus. Qui moriens septem annorum canonem frumentarium reliquit: Ita ut quotidiana septuaginta quinque millia modium expendi possent. Mamertinus quoque in panegyrico Iulianum imperatorem praconio laudis extollit: Quod frumentis undique coemptis usque ad opulentiam habundantiamque esurientem iam urbem referferit. Curet igitur princeps ut sit satietas nec fames usquam: ut affluat annona: cuius affluentia perpetui congiarii instar est: cuius aliquando cura Pompeio magno non minus addidit gloriae quam omnes triumphis occidensque lustratus: quae an

nonaria expeditioe suscepta cum magna frumenti uide
 ex Libya / Sardinia / Sicilia collecta ad urbem esurie /
 te comportaret / magna tempestate orta gubernatoribusque
 perterritis inscedens nauim & anchoram uelli iubens
 exclamauit: πλειμ αμαγκαζη ζημ ουκ αμαγκαζη
 hoc est nauigare necesse est / uiuere non est necesse .

Plato grauissimus philosophorum principem gu
 bernatoris nomine scienter nuncupat: sicut enim gu
 bernator semper respicit ad salutem nauis & uecto
 rum: sic princeps respicere debet ad salutem subditorum. **Princeps**
 Gubernatori necesse est (ut inquit Dion) Intueri coe
 lum / pelagus / terras: ne usquam nauigiū periclitetur: nec **ut guber**
 illi licet totam dormire noctem. Idem principis of
 ficiū est cuncta speculari pro salute ciuitatis & sub
 ditis dormientibus uigilare: Quorum salus ipsius tu
 telae concredita est: Hinc Silius sententialiter dixit.
 Turpe duci totam somno consumere noctem: Quod
 ex illo Homericō expressum est: ου χρη παμυχιου
 ευδαιμ βουλιφορου αμδρα. Gubernator clauum te
 nes nauigiū solertia regit anxius & uigil: Cum uecto
 res p̄sape ludant / cantilet / comedent: ociosi & securi re
 rum omnium. Princeps clauum reip̄ uigilantia & consilio mo
 derat̄ prospiciens ne usquam periclitetur & impingat: Cum in
 terca ciues & subditi ocio p̄fruunt & colant geualia: De
 principe ipso illud merito concinētes. In te om̄s dom̄ icli
 nata incubit: Quo circa satis constat principatum nequaquam
 rem segne esse sed laboriosam: nec ocio & animi relaxatione:

fluentem: sed laboribus/curis/uirgiliis inquietā : cuius faciem amenam & amabilem forinsecus contēplantes/laborum interiorum aspritudinē nō uidēt.

Dictum
agefilai

Interrogatus Agefilaius ille magnus quo pacto quis gloriā apud mortales cōsequatur sic respondit. ει λεγοι τα αριστα πραττοι και τα καλλιστα idest si dixerit optima necnon pulcherrima factita uerit. pulcherrimum autē cum primis est & in principe longe speciosissimum exhibere sese omnibz obuium & facilem: audire comiter & benigne desideria adeuntium. Ex hac adeundi facilitate miro praconio Pompeius magnus extollitur a .M. Cicerōe.

Facilitas
admissio
num .

Laudat & in Traiano Plinius panegyrista admissio num facilitatē . Hoc & iuriscōsulti in proconsule ac praeside ueluti officium necessarium deposcūt ut scilicet omnium desideria audiant & in adeundo se faciles praebent. Philippum macedonum regem: qd memoratu dignum est: olim adiuuit anus paupercula rogās ut causam suam audire uellet: qui cum graece dixisset μη σχολαζειμ: hoc est ociosum se nō eē Tunc illa exclamauit και μη βασιλευε: etiam ne regnes: tanq̄ imperare non debeat: qui adeuntes audire contemnit: uerbum hoc demiratus Philippus & illā audiuit diligēter: & ceteris deiceps p̄stitit se facilimū: s; sicut hic dignus laude ita Demetrius acerrima rephēsioe dignissimus: cuius difficiles adit⁹ sup

ba responsa intolerandum fastum historici taxant. In Hieronymo quoq; tyranno syracusano contemptus omnium hominum superbæ aures contumeliosa dicta : aditus non alienis modo sed tutoribus etiam difficiles iure infamantur : sed ut ad Demetrium redeam /olim eum legati atheniensium duos annos frustra tempus terendo continenter secuti sunt atq; re infecta sine responso dimissi. Idem cōtra lacedæmonios indignabundus qd' unum tantum oratorem ad se misissent: unum inquit lacedæmonii legatum ad me miserūt : tum lacon ille urbane simul & laconice *εικα μὸς εἶς προσεμα εφη*: satis est inquit unus ad unum /hic Demetrius /qui & poliōrcetes: id est expugnator urbium cognominatus est: Quondā edixit se se oēs benigne ac comiter audire: itaq; cunctis supplices libellos certatim offerentibus liberaliter accepit: & in chlamydis sinum reposuit. Cum autem suarum quisq; petitionum expeditionem sufficienter expectarent ad fluuium nomine Axiūm perveniens aperta chlamyde libellos cunctos proiecit in flumen: qua ex re uehementer exacerbati ab alienatiq; sūt animi macedonū. Debet itaq; bonus princeps audire omnium desideria se cunctis expositum affabilemq; exhibere. Sit ad indulgentias quas uocant /propensus: Immittetur augustum Cæsarem: qui trepidātes accedere /comitate inuitabat. Faciat quod Alexander romanus imperator: qui uocabat suos & Augusti.

Scituz laconis.

Comitas Augusti.

dicebat: quid est quod nihil petis: an me tibi uis fieri de
bitorem: pete ne priuatus de me queraris. Memine
rit Hadriani qui in colloquiis etiam humillimorum
Hadria- / rit Hadriani qui in colloquiis etiam humillimorum
nus ciui- / ciuillissimus fuit detestans eos: qui sibi hanc uolupta
lissimus / tem humanitati quasi seruanti fastigium principis
Dictū titi / inuiderēt. Scitum est illud Titi Vespasiani in peni
tissimis principum praeordiis recondendum: & in
ore semper habendum atque imitatione quotidiana
usurpandum: qui dicere solebat non oportere quēquam
a sermone principis tristem discedere: qui recorda-
tus quōdam super coenam quod nihil cuiquam toto die
praestitisset: memorabilem illam meritoque laudandam
uocem edidit: Amici diem perdidit. A solone quoque
decenter dictum: hilaritudo principis est uelut im-
ber serotinus. In hoc quadam quasi peculiari lauda-
Laus Io- / tione dilaudari meretur princeps noster Ioannes Bē
Bētioli . / tiuolus ad quem aditus sunt omnibus indiscrimi-
natim ita faciles ut nihil facilius: cuius mira est au-
rium patientia: de quo in presentia modice loquar
aut etiam intra modum: propterea quod ipse coram adest
ne uidear presentis auribus lenocinari & quadam qua-
si assentatiuncula captare auram principalem: aliud
erit de principe nostro dicendi tempus alius locus:
Cum id libellis a me editis iam non minima ex par-
te factitatum sit.

Princeps probus & circumspectus aures susurro

nibus & calumniatoribus prebere non debet. Qui per sæpe aures principales ita præoccupant / innocentes criminando: ut difficillimum sit id ex præcordiis principis euellere: quod falsus criminator infixit. Laudant historici dictum illud Domitiani memoratissimum. Delatores qui non castigat irritat. Age dum imitentur principes imitatione dignum exemplum illud Alexandri magni. Qui in iure dicendo quãdiu dicebat accusator / Aurem alteram manu solebat occludere quæ reo illibata seruaretur: alteram tantum porrigens accusatori. Hoc nimirum est quod significare uoluit ppheta psalmographus cū dixit in psalmis: Sepi aures tuas spinis / hoc ẽ ut interpretatur Hieronymus: noli habere aures pruriẽtes ad audiẽdum alienas calumnias: Obtrectatio ut apud Herodotum inquit scite uereq; Artabanus res est importunissima: in qua sunt duo q; iniuriam faciũt: Vnus cui iniuria fit / qui detrahit iniurius est. Item qui audit & credit iniurius est / quod prius credit q; rem comperitam habet: Maxime autem omnium principes quodam quasi impulsu naturali / dum audiunt / commouentur / & auditis fidem prestant. Ita ut merito dixisse uideatur: Xerxes ille magnus persarum rex Animum habitare in hominum auribus: nam pro ut bene uel male audit. ita letatur uel excandescit: ergo ne sint aures principum expositæ rumoribus:

Psalmo / graphus
Dauid .

Detractio
res pessima .

Animus i
auribus

ne sint patulæ calumniis. Non procliuiter nimis cre-
dant susurrionibus ac rumigerulis: quibus nihil per-
nitiosius. prouerbialiter celebre est, sæpe moram eē
meliorem. Et cunctatio perinde ac præcipuum bo-
num in magnis ductoribus probatur. Itaq; princeps
sit cunctator & lentus in credendo: Mores hominū
penset / libret / examinet: nec recluso pectore pateat
insidiantibus. imo calumniatores & criminum cō-
sarcinatores & rumorum aucupes ex aula principū
eiiciantur / explodantur / & a limine cubiculi princi-
palis procul eliminētur: qui instar cibiratarum uer-
rinorum odorantur omnia & peruestigant. Qui lin-
guas uenenatas uibrant instar serpentium uirulen-
torum: nimirum hii homīes sunt qui (ut inquit sci-
te Plinius noster) ad uenena nascūtur: Quorū ta-
bes animi contrectata adurit / qui culpant omnia: q̄
nullum aliud abominati spiritus linguæq; maledicē-
tissime præmium nouere q̄ odisse omnia & calumni-
ari: hæc est / ut inquit poeta epigrāmatarius: Turba
grauis paci placidæq; inimica quieti: hi sunt qui cū
tantulum ueneni genuini in aurem principis facile
stillauere / Amicus probus / innocens / uetus / fidelis li-
mine submouetur: perierunt tempora longi seruiti-
& nusquam minor est iactura clientis: hi sunt qui
aures principum uirosa susurrionum fece cōfarcit:
hi sunt quorum comparationi digitum tollerent ce-
derentq; famigerati delatores / Narcissus / Asiaticus /

Cūctator
Cibiratæ
uerrini.

Hoīes ad
uenena
nati . . .

Massa / Parthenius: hi sunt q̄ inuident opulentis di-
 uitias / probis bonitatem / litteratis eruditionem / fa-
 uorabilibꝫ gratiam / omnibꝫ omnia. In cubiculis pri-
 cipalibus uiperæ. In fallaciis cōsarcinandis uulpes:
 In alienis negotiis introspicendis lyncei & oculi
 toti: quorum calumniæ plures pessundant / q̄ morbi
 q̄ pestis q̄ dira infortunia. Operæ precium ē hoc in
 loco commemorare quæ admodum pictorum cla-
 rissimus apelles calumniatorem calumniamq; ul-
 tus sit: qui cum apud Ptolomeum ab antiphilo tan-
 q̄ proditor falso insimulatus foret & ob id capita-
 li supplicio pene multatus uixq; infortunium eua-
 sisset: pinxit in tabula picturam hanc. Virum seden-
 tem fecit auribus prægrandibus præditum / proten-
 dentem manum ad calumniam propius acceden-
 tem. Circa hunc stabant duæ mulieres. Ignorantia
 scilicet & suspitio : ex alia parte pinxit calumniam
 imagine mulierculæ uenustioris: quæ ardens & cō-
 citata quandam quasi rabiem & iram præseferens
 sinistra facem accensam tenebat: dextra adolescen-
 tem quempiam per capillos trahebat manus in cæ-
 lum tendentem & deos obtestantem: Præcedebat ca-
 lumniam uir squallidus & deformis clarissime cer-
 nens: hæc erat inuidia. Duæ puellæ calumniã adori-
 nantes uisebãt: altera erat insidia / altera fraus. A ter-
 go sequebatur lugubris quædam scemina pullis ue-
 stibus ac laceris induta / & hæc penitentia dicebatur:

Calūnia
 picta ab
 apelle

Exēplum
accusato
ris,

similit.

de act.

aliquo

Cōstātius
credulus,
Augusti
pbitas,

quæ retro flexa cū luctu & uerecūdia aspiciebat ad
uenientem ueritatem. Hac pictura apelles calūni
am calumniāq; appendiculas in tabula graphice &
sciēter expræssit. Subit hac in reputatione exem
plum prisci seculi/dignum scitu/nec indignum rela
tu:& quod principes haud quaꝫ audiant incuriose
ac negligēter. Scribit Amianus Marcellinus fuisse
Cephidium quendam accusatorem acerrimum: q
apud Iulianum imperatorem romanūm accusabat
Numerium ut furem: a quo cum obiecta dilueren
tur nec posset in quoquam confutari: tunc accusator
inopia documentorum percitus exclamauit. Et quis
floquentissime Cæsar nocens poterit esse usquā / si ne
gare sufficiet: Tunc Iulianus prudēter motus respō
dit hoc dictum barēteatum: Et quis innocens eē po
terit si accusasse sufficiet? Sed sicut laudatur Iulia
nus. ita reprehenditur Constantius imperator cuius
aures erāt nimis patulæ ad credendum/ & crimina
torib; expositæ. Faciat bonus p̄iceps id quod Au
gustus: qui cum Emilio Heliano obiiceretur q; ma
le opinari de Cæsare solebat/ conuersus ad accusato
rem cōmotoq; similis: uelim inquit mihi hoc p̄bes
faciam sciāt helianus & me linguām habere: plura
enim de eo loquar: nec quicq; ultra/ aut statim/ aut po
stea inquisiuit; Tiberio quoq; de eodē uiolentius

ouailuq; camto; mabup; andugul; uadupol; q;
; mūd; b; sumant; q; uad; & mūd; b; et; uad; b; o; aud; f;

conquerenti ita respondit: noli ætati tuæ mi Tiberi
 hac in re indulgere & nimium indignari/ quæquam
 esse qui de me loquatur male: satis enim ē si hoc ha/
 bemus ne quis nobis malefacere possit. Consimili
 ter Alexander magnus cum cognouisset se conuitiis
 a cōuitiatore quopiam pro scindi: βασιλικου εστιν
 εφη ευποιουτα κακωσ ακουει: hoc est regia res
 est inquit beneficientem/ male adire. Et profecto in
 ter cætera quæ principes decent/ clementia est quæ il
 los facit amabiles gratiosos/ fauorabiles. Quæ dos
 prima regum est/ ut inquit Vopiscus: & ut auctor ē
 Seneca nullum magis q̄ principem decet. hinc apud
 Claudianum Theodosius Honorio filio salubri/
 ter præcipiens inquit: Sis pius imprimis/ nam cum
 uincamur in oī munere: Sola deos æquat clementia
 nobis. Videt̄ opifex rex ac parēs natura demōstrat
 se clemētia: īsigne pricipibꝫ potissimū cōuenire: q̄ re
 gem apum sine aculeo exarmatum esse uoluit: uel
 si spiculum dedit/ eo tamen uti noluit: Non enim cō
 stat inter auctores: Rex in apibus nullum ne solus
 habeat aculeum/ an dederit eum quidē natura / sed
 eius usum negauerit. illud constat imperatorem acu
 leo non uti: ut scilicet ita ostenderet natura: Regem
 neq; sceuum neq; crudelem esse debere: & ut inquit
 Ambrosius uolumine exameri quinto, In rege præ

Dictū ale
 xandri.

Clemētia
 dos regū.

Rex apū
 sine acu/
 leo

cipuum est ut præstet morum mansuetudine: Nam
& si habet aculeum tamen eo non utitur ad uídican-
dum. Sunt enim leges naturæ non inscriptæ litte-
ris: sed impræssæ moribus: ut leniores sint ad puniē-
dum: qui maxima potestate potiuntur. Igitur prin-
cipis sine aculeo sint/ uel si aculeum habent eum re-
condant: & maximum deorum Iouē imitent: Qui
missurus fulmē perniciosum aduocat in consilium
deos: idq; ex consilii sententia iaculatur: Quod ue-
ro placabile ē & pdest/ id solus emittit. Hoc philo-
sophi poetæq; rationabiliter finxerunt quia scilicet
Iouem id est regem prodesse etiam solū oportet: no-
cere non nisi cum pluribus uisum est. Discant hi ut
Senecæ uerbis utar: quicumq; magnam potentiam
inter homines adepti sunt: sine consilio nec quidem
fulmen mitti. aduocent/ considerent multorum sen-
tentiis nocitura temperent: & hoc sibi proponāt ubi
aliquid percuti debet ne Ioui quidem suum satis eē
cōsiliū. Herodianus apd' græcos / Lampridius apd'
nostros / Alexandrum romanum imperatorem ex
hoc clementiæ bono maxime extollunt: cuius impe-
rium appellāt Anamaton: hoc est incruentū & sine
Dictū sci sâguine. Dicere solebat Scipio malle se unū ciuē
pionis seruare q̄ mille hostes occidere: quā sententiam An-
toninus quoq; pius frequenter usurpabat utpote cle-
mentiæ ac bonitatis exemplum. Responsum illud
Alexandri magni ad matrem olympiadem: quis nō

laudet: quis non celebret ut consultissimū dignissi-
 mūq; memoratu: q̄ illi roganti urgentiq; ut sua cau-
 sa occideret quendam insontem / ita prudēter respō-
 dit: Aliam parens optima posce mercedem: hominis
 enim salus beneficio nullo pensatur. Et profecto ut
 uerissime scribit Antoninus ī epistola ad Faustina:
 nihil est: quod imperatorem romanum melius cō-
 mendet gentibus q̄ clementia: hęc Cæsarem deum
 fecit: hęc Augustum cōsecrauit: hęc Antoninū pii
 nomine ornauit: hinc Cicero in Cæsaris dictatoris
 laudem decenter inquit: nulla de uirtutibus tuis nec
 admirabilior / nec gratior misericordia ē. Item aliubi
 quoq; dixit oppido q̄ eleganter. Qui nihil obliuisci
 soles nisi iniurias. Nō nunq̄ tamen seueritate uten-
 dum ē ut in officio omnes sint: ut metu penę. A me-
 lesiciis improbi absterreātur et sicut bonos premio
 prosequi decet ita malos pœna mulctari. Prudenter
 enim Solon: qui & sapiēs unus fuit ex septem: & le-
 gum scriptor solus ex septem: rempublicam duabus
 rebus contineri dixit: premio. s. & pœna. En age dū
 princeps bonus & clemens / bonos honoribus exor-
 net: Malos si a malitia reuocare nō potest per indul-
 gētiam / pœna coerceat per seueritatē / sic secreti sint
 a bonis mali: ut a frumento lolium incerniculo se-
 cernitur. faciat quod medicus qui interdum urit / se-
 cat / abscondit in corpore membrum: quod insanabi-
 le est: ne pars integra contagiōe serpēte pariter cor-
 cat.

Cicero &
 Cæsare

Scitū So-
 lonis.

Honor
 & pœna.

Medicus
 urit & se-
 cat.

rumpatur . Iuxta illud cantatissimū : Immedicabile
uulnus ense recidendum ē: ne pars sincera trahatur.
Consimiliter princeps secet aliquādo / amputetq; de
corpore ciuitatis membra putrida: hoc ē ciues scele-
ratos / p̄fidiosos / turbatores publici cōmodi / & molī-
tores rerum nouarum exterminet / tollatq; de medio.
Medici officium ē / ut dicebat A sclepiades / & a Cor-
celso repetitum ē / ut cito / ut tuto / ut iucunde curet: ta-
men quādoq; austeriore medicina uti cogitur : ad uī
morbi grauioris retundendā profligandāq;. Itidem
principis officium ē ut molliter / ut delicate / ut indul-
genter subditos foueat / curet / tueatur . Nonnunq̄ tñ
curatiōe mordaci & austerula utetur Causticaq; ad-
hibebit ad edomandos duriores ciuiū morbos & oīa
molliora malaginata recusantes . Nam ut dixit ele-

Opus au-
sterula
medicina
Dictum
Hierony-
mi.

ganter Origenes libro secundo periarchon . Opus ē
interdū austeriore & mordatiore medicina quādo le-
nia medicamenta nō profunt . Et ut scite ait Hiero-
nymus . Putride carnes ferro curātur & cauterio . In
hanc sentētiam illud Ciceronis saluberrimum ē do-
cumētum . In corpore si qd huiusmodi ē qd' reliquo
corpori noceat / urere / secari patimur : ut mēbroꝝ ali-
quod potiusq̄ totū corpus intereat: Sic in reipu. cor-
pore ut totum saluū sit: quicqđ est pestifēꝝ ampute-
tur . Et medius fidius rectissime censuit Agesilaus:

Dictū
Agesilai.

qui dicente quodam αγαθοꝝ βασιλεα πραοꝝ
ειμαι Δει ουκουμ εφη αχρη του μη ευκαταφρο-

μητορ εμαι: id est oportet bonum regem clemētem
 esse & mitem ita plane inquit quatenus contempti-
 bilis nō fiat. Ex quo non pauci sūt qui magis sentē-
 tiam Cleomenis probantq; Aristonis. Cleomenes
 enim olim iterrogatus: Quid bonū principem face-
 re oporteret respondit. A amicis benefacere & malefa-
 cere inimicis: tanq̄ bono principi & circūspecto cō-
 ueniat inter amicos & inimicos facei discrimē. Hāc
 uero Cleomenis snīam cum quispiā laudaret ut op-
 timam / Dixit Ariston ποσω κρισου τουσ μεν
 φιλουσ ευεργετει τουσ δεχθρουσ φιλουσ ποι-
 ειμ: hoc est quanto melius fuerit amicis benefacere.
 Inimicos autem amicos efficere: utcunq; censemus
 principem ad mansuetudinem & clementiam q̄ ad
 seueritatem & pœnam propensioem esse debere. Id
 quod olim Antigonus exemplo declarauit. Nam
 cum manipulares duo incombentes ipsius taberna-
 culo facerent qd' hoīes & periculosissime & libētissi-
 me faciūt / ut de rege suo male existimarēt atq; oblo-
 querentur / audiuit omnia rex Antigonus: utpote cū
 inter dicentes & audientem parum interesset nec
 tñ excandescēs imo leniter cōmonēs / lōgius inqt di-
 scedite ne rex uos audiat. Quid hac mansuetudine
 mitius qd' hac benignitate p̄stātius? non exarsit pri-
 cept in ultionem non excanduit: sed maluit re-
 gia quadam lenitudine ignoscere quam uindicare.

Snīa cleo-
menis

Snīa Ari-
stonis de
principe.

Antigoni
mansue-
tudo.

Antigonus

Laudat í Augusto ingeniosus poeta Ouidius. Qd
sit piger ad pœnas princeps ad p̄mia uelox. & ut in-
quit Cassiodorus: propositum regale est pressis labe
fortuna pietatis remedio subuenire.

Sit ma-
gnificus.

Decet principem in primis esse magnificentum. Est
autem magnificus ut docet Aristoteles í quarto ethi-
corum / is: qui in publica facit impēsas: ueluti in spe-
ctaculis / í epulo / in edificiis. Hinc Plinius in Traia-
ni laudem: At q̄ magnificus inquit in publicum es.
hinc porticus / inde delubra occulta cleritate prope-
rantur: Magnificētia: ut Tulliana finitione declara-
tur: est rerum magnarum & excelsarum cum animi
ampla quadam & splendida propositione cogitatio
atq; administratio: ergo princeps ut magnificus di-
ci merito possit res magnas sibi administrandas esse
proponat: Homerus appellat reges κοσμιτορας
λαων. i. ornatores popularum. Ex eo opinor qd̄ p̄ri-
cipis officium sit exornare ciuitates: Et ornatu cul-

Edificare
res regia.

tuq; magnifico præbere se monstrabilem: Maximū
haud dubie ornamentum est & ornatissimo princi-
pe dignissimum extructio edificiorū. Olim gloria
tus est Augustus se urbem marmoream relinquere

Gloriatio
Augusti.

quā lateritiā accepisset: Auctores / Suetonius / sextus
Aurelius / orosius / ceteri. In laudem Domitiani di-
ctum est: ut autumat Plutarchus: Edificare gaudes.
Ancus marcius quartus romanorum rex edificator
cum laude nominatur: hoc quā bene / quā uere / quā

laudabiliter de principe nostro Ioanne Bentiuolo dici possit/ Quis ignorat/ cuius edes urbicæ/ uillæ rusticæ/ ac p̄toria magnificentè extructa quotidie testimonium phibet principalis magnificentiæ: Cuius ductu & auspicio hæc urbs exuto squalore ac situ ex deformi pulcherrima facta est: ut merito gloriari possit: se Bononiam luteam/ ligneam/ inconditam accepisse: lateritiam/ marmoream/ cultissimam reddidisse.

Laus Io.
Bentiuoli

Plato ille deus philosophorum libro quinto de re publica dixit beatas fore ciuitates si aut philosophi imparent/ aut principes philosopharent. Pulchra est medijs fidijs si fieri potest principem esse litteratum: quo nihil pulchrius/ nihil excellentius fieri posse cõtedo. hinc Hiero/ Attalus/ Mago/ Iuba: studiorum claritudine memorabiliores extitere quam regno: hinc Cæsar dictator: hinc Augustus: hinc alii Cæsarum complusculi non minus eloquentia & eruditione quam imperio censentur. Hinc Alexander magnus dicere solebat: malle se disciplinis antecellere quam opulentijs. Et ab Homero rectissime dictum. Calliope regum comes est Ioue nata parente. Olim a senatu romano in laudem Taciti imperatoris acclamatum in curia est: Quis melius quam litteratus imperat. Sed cum principes omnes litterati esse non possint: cum in principe aliud queratur quam litteratura: ut inquit Iulius Capitolinus: sit saltem princeps amator litteratorum: faciat quod Dionysius: qui dicebat se in aula habere & nutrire mul-

Principes
sint litterati.

Dictum alexandri.
Calliope regum comes.

ros sophistas & eruditos: ut p̄ illos fieret admirabi-
lis/dignusq; apud alios cōmendatione. Et profecto
si uerum dispicere uelimus: nisi forent litteræ/nisi in-
genia eruditorum: Ignorarentur principes/reges/im-
peratores omnes/barbari/græci/romani. Quis Cy-
rum? Quis Alexandrum magnum? Quis Pompe-
ium tribus fulgentem triumphis? Quis Paulū Emi-
liū. Fabios/Scipiones? Quis Cæsare dictatore: imo
cæsares omnes noscet: nisi eos / Luculenti scriptores
in litteras rettulissent/nisi monumentis librorum: q̄
bus imortalitas uitæ constat: eos imortales effecisset
ac posteritati cōmendasset. Hinc Alexander ma-
gnus feclicem dixit Achillem qui Homerum ha-
buisset suæ uirtutis precōem: Cuius extat Elogium
illud apud Silium memoria dignum. Fœlix Eacida
cui tali contigit ore gentibus ostendi: Creuit tua cari-
mine uirtus. Alter Alexander Romanorum impe-
rator litteratorum hominum confabulatione recrea-
ri se dicebat/et pasci. Si principes fouebunt erudi-
tos: si mecenas extiterint /igenia uegetabuntur: lit-
teræ quæ hactenus intermotuæ iacuerūt/reuiuiscēt:
Cateruas uidebimus eruditorum. Iudicio enim prin-
cipum stant ingenia & cadunt.

Preterea cui dubium est, Quin id quoq; optimo

Litteris
imortalitatis
constat

Fœlix Ea-
cida,

principi gloriosum sit habere rationem studiorum:
 constituere in suis urbibus gymnasia litteratoria. Et
 Asylum ut ita dicam doctrinarum patefacere: Quo
 Agminatim undiq; conueniant / multi iugæ erudi/
 tionis candidati cis montani / transmontaniq; Qui
 bus curæ est linguam eloquio / animum disciplinis
 excolere: hoc nimirum beneficentissimi principis be
 neficium amplissimum est / ac laudabile institutum:
 honorem habere dicendi magistris: dignitatem / emo/
 lumenta q; sapietia doctoribus impartiri. Est enim
 ut inquit eleganter Simachus: hoc specimen floren/
 tis reipublicæ: ut disciplinarum professoribus pre/
 mia opulenta pendantur. Hinc Traianum non p/
 letarii scriptores sed classici merito laudant quod in
 genuas artes earumq; professores incomplexu: oculo
 ris / auribus habuerit. Quod studia humanitatis pro
 fessi apud eum fauorabiles extiterint / deniq; q; sub
 ipso spiritum & sanguinem / & patriam studia rece
 perint. Bononia quod inter omnes constat florens
 famigerataq; est inter italicas urbes: sed eam floren
 tissimam illustrissimamq; nulla ferme res alia per
 æque facit / ac diatribæ & gymnasia / hæc atq; cõcilia
 bula scholasticorũ: q; aut dubie cū oib; toti⁹ Italiae ce
 lebrationib; gymnasiis claritudine cõtendunt nulli ce
 dunt. Quæ Alexandrino / Attico / tharsensi / Massilio /
 D. ii

Gymna
 sia littera
 toria.
 Candida
 ti doctri
 narũ

Traianus
 Auctor
 litteratorũ

Bononia
 florēs ex
 litteris

Alexandri
 Attici
 Tharsensis
 Massilii

tico memoratissimis apud priscos gymnasiis proxima accedunt: & quãq̃ longo interuallo tamen proxima. In presentia princeps noster Bentiuolus operam & quidem impensam dat, ut gymnasium hoc nostris indies magis florescat conuentu scholasticorum frequentissimo & claritudine professorum: qui tãta sũt excellentia prediti & in eo doctrinarum fastigio collocati: ut etiam non nominati nominentur: ut solo nutu intelligantur: Quorum uirtuti & nomini fauet cœtus scholasticorum: & assurgit ordo professorum: sed de tota re litteraria aliubi plura.

Ante omnia princeps si uult laudari pbareq̃ perinde ac optimus principum, sit munificus ac liberalis: Nam ut inquit epigrammatarius poeta: Nulla dulcis uirtus dulcior esse potest. Auctor ẽ Aristoteles ethicis quod liberales maxime omnium uirtute præcellentium diligantur. Pacatus in panegyrico ait: Et rei & famæ consulit munificus imperator. Lucratur enim gloriã cum de pecuniã reuersuram, quicquid enim in ciues manat a principe, redundat in principem. Apd' Rabiriũ poetã dicit. M. Antonius: Hoc habeo quodcunq̃ dedi: cui subscribit illud epigrammatista uulgatissimum: Extra fortunam est, quicquid donatur amicis: Quas dederis solas semper habebis opes. Plinius noster loquẽs de deo. Deus ẽ inquit mortali iuuare mortalem: Et hæc ad æternã gloriã uia: hac uere pceres Romani, hac ingenti passu

sancti
monil
sicut
bibna
sibob
man

liberali
tas i prin
cipe ama
bilissima.

sinonof
xo sion
manu

nunc uadit. Maximus eui rector Vespasianus: fessis
 rebus subueniēs. Maro quoq; sub inuolucro poeti
 co designat munificis ac liberalibus remunerationē
 post obitum rependi: Certumq; illis constitutum lo-
 cum ubi euo beatissimo perfruantur. Nam cum Eli-
 sios campos/ In sexto describeret ubi putant habita-
 re animas beatorum: non solum ibi posuit eos: q; p-
 priis meritis ad illas sedes peruenire potuerunt: sed
 id quoq; adiecit. Quiq; sui memores alios fecer me-
 rendo: id est ut interpretatur Augustinus qui prome-
 ruerunt alios eosq; sui memores promerendo hoc ē
 beneficium prestando fecerunt. Quid aliud euan-
 gelica illa sententia precipitur: quam ut liberalitatē
 exerceamus: quæ ait. Facite uobis amicos de mam-
 na iniquitatis: id est de pecunia/ uel de diuitiis quæ de
 iniquitate proueniunt. Diues enim (ut inquit Hie-
 ronymus) aut iniquus/ aut iniqui heres. Cecinit Clau-
 dianus in laudem Theodosii. Magnarum largitor
 opum largitor honorum. Augustus de se ipso scri-
 psit hæc. Liberalitas mea me ad coelum euehet. Si-
 cut autem nulla uirtus amabilior est liberalitate: ita
 nullum plane uitium odiosus tetriusq; est auaricia:
 In principibus & rempublicam gubernantibus. ha-
 bere enim questui rempublicam. ut inquit uerissime
 Marcus Tullius: non modo turpe est/ sed sceleratū
 etiam ac nefarium. Idem non minus uere q̄ elegā-
 ter tradit amorem multitudinis cōmoueri ipsa fama

Munifici
in Elisio.

Amici de
mamona
iniquitatis.

Auaritia ī
principe
teterrima

Dictū & opiniōe liberalitatis. Auidius cassius dicere sole-
 Auidii bat/ Auaritiam ī Impatore esse acerbissimum malū.
 cassii. Eia habeat bonus princeps in ore promptū/ & in pe-
 ctore conditum uerbū illud Traiani: Qui fiscū prī-
 Fiscus prī- cipis scitissime lyenē uocabat: Nam ut lyenē crescē-
 pis ut ly/ te reliqui artus & membra tabescunt: Ita fisco princi-
 en. pis turgente ciuitatis corpus una cum membris lan-
 guescit & ītermoritur: ut lyen modicus uegetat ī cor-
 pore mēbra/ & auget robur: sic fisco principalis mo-
 deratus/ nec extūberans causa ē bonæ ualitudinis in
 corpore ciuitatis. Vespasianus apud Philostratū ro-
 gat Apollonium thyaneum: quem Antiquitas/ ut di-
 Apollo / uinum imō ut deū admirata ē: ut ipsum doceat quæ/
 nius ut deus. A cunq; facere bonum principem oporteat: Cui Apol-
 lonius in primis precipit diuitias illas esse fugiendas
 quæ ex collatione tributorū a gementibus hominib;
 Aurum proueniunt. Sordidum enim id aurum ē putandū:
 ex lachry- qd' ex lachrymis oritur. Nō queo mihi obtempera-
 mis sordi- re: quin hoc in loco cōmemorem documentum salu-
 dum, berrimum Cyri persarum regis: quod memorat Xe-
 nophon in pædia: quod sine dubio dignissimum est
 memoratu. Scribit. n. Luculentus ille scriptor: Cyrū
 inter cæteros fuisse beneficū ac liberalem: adeo ut
 dictitaret se thesauros haberi diuitiarū amicos: quos
 Exēplū donationibus diuites opulentosq; efficiebat: qui di-
 Cyri libe- cere solebat consimilia esse opera pastoz/ & regum.
 ralitatis Nā sicut pastorem decet prestare ut pecora habeat

lacta & succulenta : Ita regem par ē ciues & subditos
 facere foelices & opulentos. Huic Cyro regum mu-
 nificētissimo dixit olī Crœsus fore: ut imodica do-
 nans pauper fieret: Cum posset domi recondere the-
 sauros ingentes. Cui Cyrus quantam inquit pecu-
 niæ summam putas me in hodiernum potuisse col-
 ligere si aurum nulli dono dedissem: Ex quo tempo-
 re in imperio sum. Crœsus infinitum quēdam nu-
 merum respondit : Tunc Cyrus sibi inquit osten-
 dam maiores me pecunias possidere: mitte quempi-
 am ex tuis cum nuntio meo: mox conuersus ad Hy-
 staspam / I / Hystaspa inqt ad amicos meos: dic indi-
 gere me auro : Roga ut mihi suggerant affatim pe-
 cuniām: perscribeq; quāntū quisq; amicorum mihi
 uelit cōtribuere. Iuit ille / petiit: conscripsit / & maio-
 rem pecuniæ summā supputauit / q̄ duxerat Crœsus
 futuram in thesauris: si eam conseruasset: Vbi hoc
 patuit uides ne inquit Cyrus o Crœse mihi thesau-
 ros esse: nā dum amicos diuites reddo / hos mihi the-
 sauros comparo: & longe quidem fideliores q̄ si ip̄e
 domi defodissem. Idem aiebat se pecunias ob id de-
 fiderare / ut amicis subueniret. Iulianus impera-
 tor (auctore Amiano Marcellino) predicabat illud
 Alexātri magni: qui interrogatus ubi thesauros ha-
 beret : Apud amicos beniuole habere sese respon-
 dit. Nonne principes cū talia / aut audiunt / aut legūt
 ad libertatem exercendā inflamātur: quæ subditos

Thesauri
 apd' ami-
 cos.

reddit deuotos/fideles/obnoxios:quā imortales effi
ciuntur:quæ deniq; tanti momenti est:ut possit prin
ceps obtentu liberalitatis obumbrare crimina tan
tum non enormia:& hac una laude pensare.

Hospita
litas,

Recte etiam ī principe laudatur hospitalitas: ut
pote/Germana liberalitatis. Est enim ualde deco
rum:ut inquit Arpinas orator:patere domos homi
num illustrium illustribus hospītib;. Idq; etiam rei
publicæ est ornamento. Ideoq; domus principum
amplex esse debent/& laxitate conspicuæ:cum hospi
tibus & hominum cuiusq; generis multitudine fre
quentētur. Ab hac quoq; hospitalitatis laude: di

Laus Io.
Bētiuoli.

laudandus est princeps noster:Cuius edes pulcher
rime/magnificentissimeq; patēt hospītib; illustrio
ribus:A quo omnes ferme & minuti reguli/& maxi
mi principes istac transeuntes hospitaliter ac comi
ter accipiūtur. Theophrastus/Plutarchus/Emilius

Cimon
hospitalif
simis.

probus: Cæteri / Cimonem atheniensem:ut hospita
lissimum in suos curiales laudibus ferunt:
qui ita instituisse fert & uillicis iperasse ut omnia p̄
berētur:quicūq; tribulis ī uillā suā diuertisset. Apo
stolus quoq; precipit/Episcopos comprimis hospita
les esse debere:quod & in decretis canonicis .D. xli.
latissime enarratum legas.

Cæterum cum sapientes definiant quattuor uir

tutes: Iustitiam/ Prudentiam/ Fortitudinem/ Tempe-
 rantiam. Quarum quadriga alias quoq; secum ue-
 hat. Quis nescit eas bono principi studiose enixeq;
 colendas? Et ne in presentia sinuosos nimis ac lon-
 gos cōmentarios faciam: ut succincius cuncta per-
 stringam/ & quasi transeunter attingam. Iustus esse
 ante omnia princeps debet: & ueluti in statera/ atq; i
 librili cuncta perpendere. Ius religiose/ & equabili-
 ter dicere/ nec digitum quidem transuersum aut un-
 guem latū (ut dicitur) a legis præscripto discedere:
 nisi quatenus in pœna exigenda mitius agat & mol-
 lius. Lex enim ut inquit rectissime Pindarus domi-
 na est: quæ uitorum emendatrix est/ cōmendatrixq;
 uirtutum: qui legē præesse iubet/ uidetur iubere deū
 præesse: ut auctor ē Aristoteles. Ministri legum sūt
 magistratus uereq; dici potest magistratum legē eē
 loquētem: Legem autem mutum magistratum. Illi
 uero ciuitati paratum/ inquit Plato/ interitum uideo
 in qua nō lex magistratibus/ sed legi magistratus p̄-
 sūt. Salutem uero illi/ ubi lex magistratib; dominae
 cuncta mediū fidius bona illi reipublicæ affore cō-
 spicio/ cuius p̄iceps sincerissim?/ iustitiæ cultor exti-
 terit: quæ una uirtus omnium ē domina. ut. M. Tul-
 lii uerbis utar/ & regina uirtutum: sine qua quid sūt
 magna regna/ ut autumat Austinus/ nisi magna la-
 trocinia. Interrogatus aliquādo Agesilaus: utra uir-
 tus esset melior fortitudo/ an iustitia: oppido q̄ scite

Iustus sit princeps.

Lex dña.

Iustitia re-
gina uir-
tutum.

Dictū
Agesilai.

Dictū da
rii.

Iustitia
oleo com
paratur

Aristides
iustus.

respondit. οὐδὲν εἶπεν ἀμάρτιασ χρηζόμεν ἐαμ
παυτεσ ὡμην Δικαιοι: nihil inq̄t fortitudine indi
gemus: si iusti oēs sim⁹. Dariū p̄sar; regē iustitiæ olī
sacrificātē: dixisse refert Philostratus. O dñā si q̄ es
usquā: q̄b; plane uerbis satis oñdit se iāpridē exop/
tasse iustitiā neq; illā usq̄ gentiū agnoscere potuisse.
A nobilissimo philosophoꝝ dictū ē: οὐτε π̄ροσ
οὐτε εἰωσ̄ οὐτω θαυμασιος. Q d̄ neq; hesperus
neq; lucifer p̄inde atq; iustitia admirabilis ē. Quā
eruditi/erudite/graphiceq; oleo comparāt: ut. n. oleū it⁹
ingestū obest: foris ifusū p̄dest: sic & iustitia oīs a no
bis circa alios est: magisq; aliis p̄dest q̄ exercitori.
Ob hoc dixit in ethicis Aristoteles Iustitiā uirtutē
eē ad aliū/ex q̄ una uirtute uiri boni appellāt: Ex q̄
Aristides diceos. i. iustus cognōiatus. Hic Traian⁹
laudib; effert q; se legib; subiecerit: Q uī abiturus
cōsulatu iurauit se nihil cōtra leges fecisse. Et sane si
cut princeps ē supra ciuitatem: ita leges eē debent su
pra p̄cipē. Symbola illa Pythagoræ & enigmata
itelligat p̄iceps ad se potissimū ptinere. Staterā ne
trāsfilias. i. ne p̄tergrediare iustitiā. Coronā minime
carpēdā. i. leges urbiū cōseruādas. Per uīā publicā ne
ābules. i. ne multoꝝ seq̄ris erroꝝ. Itaq; faciat p̄iceps
iustus q; ī bonis p̄cipib; gloriosū fuisse accipim⁹
ut nullius ab eo magistratus ius / nullius auctoritas
minuat / ad p̄torē / ad Iuridicos magistratus / pleraq;
oīa r̄mittat / leges ne c̄culcet: Et iustitia p̄inde ac ad

miniculo firmissimo fulciat: Ad quā cū oēs mortales/
 tū p̄cipue principes se eē natos itelligāt: quā graci
 diccoo synen appellāt q̄si ΔΙΚΑΙΟΥ ΣΥΜΕΤΙΜ. i. iusti
 intelligētiam/ ut interpretatur Plato in Cratylo. Atq̄
 cū iustitiæ pars sit religio. Cū dei cultus iustitiæ ascri
 bat̄ speciosū haud dubie ē/ principē/ & esse/ & uideri
 religiosū: reiq; diuinæ cultorē. Religioē. n. uita cō
 stat. Religioē (ut auctor ē Lactantius) hō p̄stat cate
 ris aiantib;. Religiois uinculo hoies deo obstrigūt̄
 ac religāt̄: unde ip̄a religio nomē credit̄ accepisse: q̄
 uis alii aliunde deducāt. Deo oēs hoies seruitutē de
 bēt: q̄ latia græce dī. In primis uero p̄cipes decet
 dei cultus: quā Theosebiā graci appellāt. Cultura
 at̄ dei potissima ē bonitas: Vis (inqt Seneca) deos p̄
 pitari: bon' esto/ satis illos coluit q̄sq; imitat' ē. Ca
 ueat p̄iceps: ne illd' quo pei' nihil dici p̄t: de se me
 rito dicat: Cōtēptor diuū Mezētius. P̄iceps nō mi
 nus hoiez se q̄ hoib; p̄esse meminerit. In pector̄ p̄i
 cipali cōditū sit illd' Oratianū. Diis te minorē qd' ge
 ris ip̄eras. Hīc oē p̄icipiū/ huc refer exitū. Religio
 ī p̄cipe efficit/ ut oēs subditi modestia q̄dā/ & q̄si s̄a
 ctitudie cōtineāt̄. Illa quoq; religiois ps nec ea qdē
 minima ē: extruē tēpla/ restituei delubra uetustate
 labētia. In laudē Augusti dictū ē. Tēploꝝ positor. tē
 ploꝝ sancte ip̄ositor. Sciat tñ p̄iceps deos nō tā ado
 rātis erogatiōe q̄ sanctitate letari: q̄ purā mētē q̄ au
 rum mallunt. Hīnc Alexander Romanus impe

Religio ī
 principe.
 Latria
 Theose
 bia.

rator auri ne gutulam quidem / aut bracteolam in
templis posuit. Susurrans illud Persianum. In san-
cto quid facit aurum. Ego uero censeo principem
& mente / & manu erga deos munificum esse oportere:
Qui & si nullius rei indigi sunt / tamen uolunt principes beneficiorum / nec inmemores / nec ingratos existere.

Prudētia
ī principe

Quid dicam principem prudentem esse debere:
& cuncta solerti ratione ppendere: Cum prudentiæ
inter uirtutes principatum Plato det libro secundo
de legibus. Cum dicat Solomon. Fructum prudentiæ
melioem esse auro / & lapide precioso: Cum Socrates
asserat nullam uirtutem esse sine prudentia: quæ
græco uocabulo phronesis nominatur. Anaxagoram
& Thalem / aliosque id genus homines sapientes esse
dicunt / prudentes negant. Impossibile est inquit Aristoteles
prudentem esse quempiam / nisi sit bonus. Sit
igitur princeps non solum ipse peditus prudentia
Cōsiliarii
prudētes. uerum etiam consiliarios prudentes habeat: quibus
bene consulentibus credere possit. Nemo enim per
se unquam solus ita sapit: Nemo ita circumspectus ac
sagax: Nemo ita linceus est / ut non aliquando labet
atque cecutiatur: quod si genuina quædam excellentique prudentia
peditur princeps aliquando repiat: ut alieno consilio non egeat
tamen id faciat quod summi nauium gubernatores: qui in magnis
reperstatibus a uectoribus admoneri non recusant. Consilium bonum / ut inquit uerissime Marcus Varro &

ei qui consulit & qui consulitur bonum habendum est: sicut ecōtrario. Malum cōsiliū consultori pessimum ē: qui uersus puerbialis de græco illo Hesiodi uersu expressus uidetur ἡδαι κακη βουλη τω βουλευσαμτι κακιστη. i. consultum male/ consultori pessima res ē. Amicum fidelem/ uitæ medicamentū esse pdidit Solomon. Quod si sancti & uenerabiles cōsiliarii/ nō malitiosi neq; furaces p̄icipi cōtigerint: cuncta salubriter/ s̄acte/ innocēter administrabuntur: Cum talibus princeps omnia cōmunicabit talium saluberrimis cōsiliis libens obsequetur. Facietq; quod. M. Antoninus imperator: cuius memorabilis ē illa sentētia: Acquius ē ut ego tot cōsiliū amicorū sequar: q̄ ut tot tales amici meā uniuersal uoluntatem sequantur. Et sane / sicuti proditum ē a scriptoribus idoneis: Melior est respublica: & prope tutior: in qua princeps malus est: ea: in qua sunt amici principis mali: Siquidē unus malus pōt a pluribus bonis corrigi. Multi autem mali nō possunt ab uno quāuis bono ulla ratione supari. Id qd̄ Homulius quōdam Traiano impatori dixisse memorat. Sed sæpenumero: qd̄ dolenter dicendū est: euenit/ ut sanctus/ cautus/ optimus princeps/ uendat/ circumscribaturq; ab improbis consiliatoribus: q̄ excubare sese simulant in negotiis principalibus clanculū cuncta puerant: Et cupiditate priuati emolumentū rectū p̄uariantes fumū p̄cio uenditāt: ut p̄isci dicebant: digni

Cōsiliū malū/ Cōsultori pessimū

Sn̄ia Antonini memorabilis.

prorsus: quī fumo ipsi puniantur: sicut olim Thuri-
nus ab Alexandro romano imperatore punitus est:
Fumo pu Precone dicente. Fumo punitur qui fumum uendi-
nitur q fu dit. Cæterum sicut fidi cōsiliari & prudentes audi-
mū uen/ endi sunt: ita assentatores/ adulatoresq; explodendi
didit qui ad uoluptatem loquuntur omnia/ nihil ad ueri-
Contra tatē. Prestat inq; Antisthenēs/ In coruos q̄ in assen-
adulato/ tatores incidere: quippe illi mortuos/ isti uiuos deuo-
res. rant. Et sane adulatio prout clarissimi scriptorum p-
diderunt res est seruilis ac pernitiōsa: In aula princi-
pum prope peculiariter gliscens uigenq; : perpetuū
ut inquit Curtius regum malum: quorum opes sæ-
pius assētatio q̄ hostis euerit. Quo circa etiam atq;
etiam caueant principes: ne aures assentatoribus pa-
tulas præbeant/ neq; se adulari sinant. Multi enim
gnatorum similes: qui gloriosum militem infatuent
Verba adulatorum mollia feriunt interiora uentris:
Adulator Quippe adulator blādus inimicus eē credit. Lau-
blādus dat Mamertinus Iulianum imperatorem q; aduer-
inimicus. sus omnes assentatorum illecebras captiōesq; mu-
Venena nitus eēt: quodq; ei a fucatis adulantiū uenenis peri-
adulatiū. culum nullum foret. Augustum quoq; Cæsarem ex-
co celebrant: quod adulationes indecoras rep̄sserit:
de quo nō minus uere q̄ scite dixit Oratius, Cui ma-
le si palpeæ recalcitrāt undiq; tutus. Meminisse hoc
in loco par est. id qd̄ Pescenius niger dixisse quon-
dam memoratur: Nā cum quidā illi imperatoriā

facto panegyricum recitare uellet dixisse fertur uer-
 bum hoc dignum scitu relatuq;. Scribe laudes Ma-
 rii: uel Hanibalis: uel alicuius ducis optime functi.
 Et dic quid ille fecerit ut nos imitemur. Na uiuetes
 laudare irrisio e: maxime principes: a quibus sperat
 q timent: qui p stare publice possunt. q pnt necare: q
 p scribere. Sed cu naturam uel bonam fortuna ple-
 rumq; corrumpat: Accidit frequeter: ut pncipes ma-
 gniloquetia adulatoru sufflati uera credant oia esse
 qua de se ipsis audiunt pdicari. Tuc Crista consur-
 gunt. Et ut inqt satyrographus: Nihil est qd credere
 de se non possit: cum laudat dis aqua potestas: tuc
 adulatorib; arridet: ac blandiunt: seueris: ignarisq;
 bladiendi: prsus infesti. Sic olim Croesus Solone ex-
 pulit pncipite: qa bladiiri nesciebat. Sic Dionysi phi-
 loxeno acriter successit: minime assctati. Infatuat ni-
 miru hac adulatio uitioꝝ altrix & ueluti gāgrena ser-
 pens latissime itra limina potetioꝝ: & hac hactenus.
 Præterea qs nescit principē fortitudine qsi muro
 septū ac uallatū eē debere: ut aīo subnixo erectoq;
 ī perterritus: īpauidus: extrilidus cūcta regat ac mo-
 deret: nec terriculis uanis concucia: nec muscas (ut
 aiunt) uolitātes pertimescat. Propria est uiroꝝ forti-
 tudo: qua ex uirtutib; una: peculiari quasi noīe uir-
 tus nuncupatur. Est enim ex uiro uirtus appel-
 lata: perinde ac uirum fortitudo maxime deceat.
 ut auctor est Marcus Tullius. Andria apud græ

Dictū pe
 sceni .
 Viuetes
 laudare
 irrisio.

Solō ex-
 plosus .
 Adulatio
 ut gāgre-
 na.

Fortitu-
 do ī prin-
 cipe.

Andria

Versus
homeri
optimus.

Gymna-
stica exer-
citatio.

cos nominatur: quasi uirilitas: quãq̃ Plato etymon
atq; interpretamētū aliunde deducat. Homerus duas
regis uirtutes ueluti præcipuas pbat: iustitiã. s. & for-
titudinem: Cum sic iquit: ille bonus pugnator erat
Dux optimus idem: quem uersum Alexander ma-
gnus adeo adamabat: ut eum censeret omnibus aliis
uerfibus homericis antependendum. Inter fortitudi-
nis partes exigimus ut princeps non minus sit rei mi-
litaris q̃ ciuilibus administrationis gnarus consultusq;:
nec minus bellica laude q̃ urbica præpollens. Hic
locus me submonebat: ut de re militari: & de impe-
ratoris uirtutibus nõ nihil differerem. Verum hac
ad presens narratione supersedendum: Cũ aliquot
ab hinc annos totum id negotium luculenta opinor
disertatione affatim explicauerim. Cæterum cũ alia
fortitudo in milite: alia in duce reqratur: Cum sit alia
animi: alia corporis fortitudo: tempestiuum erat hic
quoq; pauca q̃dam inserere: facientia ad robur cor-
poris agendum & bonã habitudinẽ custodiendã: qđ
imprimis prestat gymnastica exercitatio: qua cũcta
conualescunt: Quia mēbra corporis fiunt uiridiora
uegetioraq;. Scitũ. n. illd̃ ē: Ad bonã ualitudinẽ pl⁹
exercitacionẽ pdesse q̃ medicos: Sed sup hac quoq;
pte i libello d̃ fecelitate differui: Opinor satis dilige-
ter ex doctria medicorũ philosophorũq;. Vex ut qđri-
ga uirtutũ tota curriculũ suũ cõficiat. Quis ificiat.
qs abnuat: p̃cipẽ tempatũ ac cõtinẽtẽ eẽ oportere.

Et cum temperantia: quã σωφροσύνη græci uocāt
 quasi prudētiaē conseruationē: quæ frugalitas quoq;
 dici pōt: sit rationis ī libidinē atq; in alios nō rectos
 appetitus/dominatio. Q uid in principe p̄clarius eē
pōt q̄ in maxima peccandi licentia nō peccare: frena
re libidines/coercere appetitiones exultantes. Sci/
 pio africanus apud Liuiū. Nō alia inq; uirtute æque
 atq; temperātia/& cōtinētia libidinū gloriatus fueri.
 Alexander magnus arbitrabaē non minus opus rei
 gium eē se ipsum uincere q̄ hostes edomare: q̄ cū di/
 lectā sibi ex pellicibus suis p̄cipue noīe Cāpaspen
 nudā pingi ob admirationē formæ ab apelle iussis/
 set: Cūq; eū pari captū amore sensisset dono dedit
 eā. Magnus aīo maior ip̄erio sui: nec minor hoc fa/
 cto q̄ uictoria aliq; q̄ppe (ut Plinii uerbis utar) se ui/
 cit: nec thoꝝ tātū suū / sed ē affectū donauit artifici:
 ne dilectæ qdē respectu motus: ut quæ mō regis fuīf
 set/mō pictoris esset. Q uē magis admiraberis (inq;
 Seneca) q̄ qui impat sibi: q̄ qui se habet ī ptāte. Gen/
 tes facilius ē barbaras ip̄atientesq; alieniī arbitrii re/
 gere q̄ aīum suū cōtinēf & tradere sibi. Verū nequaq;
 satis ē ipsū principē oculos/manus/uentrē/& q̄ infra
 uentrē sunt continere/ac moderari: Sed ei circūspici
 endū quoq; ē / ut ministros oēs habeat cōtinentes/ac
 moderatos. Sape. n. princeps optimus/tempatissī/
 musq; infamat ob improbos/ac neq; ministratores.
 Habeat itaq; princeps comptos exploratosq; mores

Cōtinen
 tia Alexā
 dri.

E

dispensatorum / scribarum / cubiculariorum: aliorumque
in aula principali ministratiuum: nam ut inquit epigram-
matista: principis est uirtus maxima nosce suos quos
nouerit egregie fideles: his res obeundas committere re-
ctissime potest. Sed Plerumque in aulico famulatio / supbi /
furaces / iactantuli conspiciunt / quod sese ob hoc quia princi-
pi seruiunt dominari ciuibus iure arbitrantur: Qui sui
commodi causa perperam plerumque moliantur: qui supcilio
so fastu tumentes uideri uolunt se apud principem suum
multum posse ut non minus uere quam deceter dixerit saty-
rographus: Maxima quaeque domus seruis est plena sup-
bis. Et sane plerumque principes extiterunt: quod cum essent ciuium
domini / famulorumque erant serui: horum consiliis horum nutu
regebantur / per hos audiebantur / per hos loquebantur. Tale fuisse
se Claudium Caesarem tradunt. Cui non amor / non odium
inerant nisi indita & iussa: qui famuliciis mancipatus
ac addictus non principem se sed ministrum egit: cuius
libertus polybius iter duos saepe consules ambulabat
seruiebat. Econtrario Hadrianus iure laudatur: qui cum
quodam tempore seruum suum inter duos senatores ambulare
uidisset / misit quod ei colaphum icuteret: & diceret / noli in-
ter eos ambulare: quorum esse adhuc potes seruus. Coer-
ceat ergo princeps ac regat aulicam familiam: ita ut no-
uerint se famulos esse non dominos: ut sciant sibi fru-
galiter / abstinenter / innocenter esse uiuendum.
Sit ipsum principis sigillum / anulusque signatorius non
minister alienae libidinis: sed testis uoluntatis princi-

Pulchre in
seruum ha-
drianus

palis: nec eo scribæ ad priuatum (ut plerūq; fit) com-
 pendium abutantur. Deniq; omnibus cognitum ex-
 ploratumq; sit/ principi neqtias/ fraudes/ rapinas suo-
 rum displicere: Eumq; talibus inimicissimum si id
 cognouerit futurum. Ipse uero princeps nihil per im-
 potentiam: nihil per iustitiam/ nihil per crudelitatem
 nihil per auaritiā agat/ non odio/ non gratia/ nō pe-
 cunia a uia recta transuersus deducatur/ nihil per af-
 fectum iracundiæ impotentissimum furenter decer-
 nat: sed ratione ueluti domina/ ducatur: Cūctatione
 ac consilii gubernatione cuncta perpendens: Nam
 ut inquit Claudianus. Diis proximus ille ē quē ra-
 tio non ira mouet. Habeant principes saluberrimū
 illud Athenodori documentum in penitissimis pre-
 cordiis reconditum: qui petito ab Augusto cōmeatu
 iam iam discessurus. Cum ira (inquit) o cæsar te cepe-
 rit nihil prius/ neq; dixeris/ neq; feceris q̄ ipsas uigin-
 tiquattuor elementarias litteras tecum ipse percur-
 reris. Tunc Augustus eo manu apprehēso/ adhuc in-
 quit tua mihi presentia opus est: Eumq; penes se re-
 tinuit. Audite quæso uersus nō minus frequēti assi-
 duoq; memoratu dignos q̄ philosophoꝝ decreta do-
 cumētaq;. Tu licet extremos late dominere p̄ indos.
 Te medus/ Te mollis arabs/ Te seres adorent: Si me-
 tuis/ si praua cupis/ si duceris ira: Seruitii patiere iu-
 gum: Tolerabis iniquas interius leges: tunc omnia
 iure tenebis: cum poteris rex esse tui.

Nihil p'
 iracundiā
 Preceptū
 Atheno-
 dori salu-
 tare.

Licere qd

Vita prin
cipis exē
plar.

Cæterū quis princeps legibꝫ solutus eē dicat: q̄
uis de principe dictū sit: si libet/ licet: An nescis prin
cipē legē dare nō accipe: Tamen bonus princeps nō
tā qd liceat sibi spectabit: q̄ qd deceat: nec. n. qd qsq̄
pōt id ei licet: nec si nō obstat/ p̄pterea ei p̄mittit. Si
qdē licere id dicimus: ut docet. M. Tullius ī philip
picis: Q d' legibꝫ/ qd' more maiorꝫ institutisq̄ cōce
dit. Platonis snia ē: Q uales ī repu. p̄cipes sint/ ta
les reliquos solere eē ciues. Vita p̄cispis (ut Plinii
panegyristæ uerbis utar) censura ē/ eaq̄ p̄petua: Ad
hāc dirigimur/ ad hāc cōuertimur: nec tā īperio nob̄
opus ē/ q̄ exēplo: proinde sit ut p̄nitiosius de repub.
mereant uiriosi principes: qd nō solū uitia cōcipiūt
īp̄i/ sed ea ifundunt ī ciuitatē: neq̄ solū obsunt/ q̄ il
li ipsi corrūpunt/ sed et q̄ corrūpunt: plusq̄ exēplo
q̄ peccato nocent: nā quāto qsq̄ maior ē: tāto eius di
cta/ factaq̄ sunt cōspectiora illustrioraq̄: Et ut inq̄t
Satyrographus: Oē aī uitium tāto cōspectius in se
crimen habet: Quāto q̄ peccat maior habet. Prin
cipi ergo q̄ in conspectu mortaliū uiuit: in quē oculi
omniū coniciunt/ cuius in clarissima luce uersantis
nullū obscurꝫ pōt/ nec dictū esse/ nec factū/ CIRCŪspe
ctus/ cautiꝫ/ sanctiꝫ uiuendū est: ut eius uita p̄spe
culo sit contemplantibꝫ: Et p̄fecto non paꝫ multa
priuatis p̄mittunt q̄ minime principē deceat: imo q̄
p̄cispem dehonestet ac idēcorēt: In quā sniam ē illd
ab Ouidio ī cōsolatiōe ad Liuiā decenter p̄ditum.

Non eadem uulgiſq; decent & lumina rerum.
 Eſt qđ p̄cipuum debeat iſta domus.
 Ad te oculos auresq; trahis: tua facta notamus.
 Nec uox miſſa poteſt principis ore tegi.

Ouidius
 ad Liuiã.

Concinuit ſubſcribitq; Naſonis carmini luculãta
 illa Claudiani & memoratu/ac ſcitu digna ſentẽtia:
 Hoc te preterea crebro ſermone monebo.
 Vt te totius medio telluris in orbe
 Viuere cognoſcas:cunctis tua gentibus eſſe
 Facta palam:nec poſſe dari regalibus uſquã
 Secretum uitiis:nam lux altiſſima fati
 Ocultum nil eſſe ſinit:latebraſq; per omnes
 Intrat:& abſtruſos explorat fama reſſus.

Verſus
 claudiani

Apoſtolus Paulus i ep̄iſtola ad Titũ:& altera ad
 Timotheũ p̄cipiẽs qđ morib; ep̄iſcopus p̄ditus eẽ
 debeat.Oportet inq; ep̄iſcopũ ſine crimine eẽ/nõ ſu
 pbũ/nõ iracundũ/nõ uinolentũ/nõ p̄cuſſorẽ/nõ tur
 pis lucri cupidũ: ſed hoſpitalẽ/benignũ/prudẽtem/
 ſobriũ. Quis nõ uidet hæc apoſtolica documenta
 fere oĩa p̄fecto principi cõuenire/& i illo quẽ effingi
 mus principe deſiderari. Quã ſingula ſi minuta/
 tim/& ut ita dicã fruſtillatim p̄cẽſere uelim/dies me
 deficiet. Eqđẽ iã uereor ne hæc naueoſa & mole/
 ſt afuerint cõpluſculis audiẽtiũ. Quo circa faciã qđ
 bonus impator. Iam canã receptui/& inſtar nautici
 gubernatoris uela complicabo:& remis i portũ feſti
 nanter excũrrã. Scio plura dici potuiſſe ob materiã

Eadẽ p̄ri
 cipi quã
 ep̄iſcopo

largitate: quæ ppe infinita est: quæ quâto plura dixeris
tâto dicturi tibi plura suppeditat: Sed utilissim⁹ oib⁹
i rebo est mod⁹: & habenas pssisse quæ laxasse plerumq; sa
lubrius. Diximus hactenus de triplici forma admi
nistradæ reipu. Percesuim⁹ illa fere oia: quæ i principe
optimo absolutissimoq; exigant⁹. Qui si talis uspiã
gentiũ fuerit rebus: merito quattuor illa cognomẽ
ta merebit⁹ idipisci: ut. s. Pius / Magnus Priæ p^r. Op
tim⁹ / ab oib⁹ appellet⁹. Talẽ ois populus delicias sui
as eẽ dicet: Sicut oli roman⁹ populus Gordianũ ap
pellauit. Talẽ cuncti amabũt ut parẽtẽ: uenerabũt ut
deũ: Sub talis imperio uiuẽt quæ beatissimi: Talis carita
te ciuiũ septus erit: quæ arx inaccessa est: & inexpugna
bile munimentũ. Melius. n. tutet⁹ principẽ amor ciuiũ
quæ ferrũ lateronũ: nã ut inq^r uerissime Claudianus.
Non sic excubiã: Nõ circumstãtia pila: quæ tutat⁹ amor.
Non sunt / nõ sunt adamãtina uincula illa: quæ Dio
nysius tyrãnus dictitabat / metus / Violẽtia / Classis /
presidiũ decem milliũ armatorũ. Sed beniuolentia /
gratia / bonitas / innocẽtia. Da principẽ talẽ qualẽ li
bellus iste describit: huic affatim psto erũt / qui oculi
regũ: quæ aures principũ apud ueteres dicebant⁹ : & cũ
iucũdissimũ sit i rebus humanis amari & amare / hic
amabit⁹ & amabit mutuis affectib⁹. Hic deniq; cun
ctos habebit / deuotos / fideles / obnoxios nec minus
de uita principis / quæ de suamet ipsorũ incolumitate sol
licitos. Verũ. n. uero cum difficillimũ sit / & oppido quæ

Amor
munimẽ
tũ firmis
simum.
Adaman
tina uin
cula.
Oculus
regis.

arduū inueniri p̄cipem talem / ex oīb̄o his: quæ retulimus compactum & quasi conglutinatum. Merito dixit Dioclitianus imperator. Nihil esse difficilius q̄ bene imperare. Et a scurra nescio quo bene dictum est. In uno annulo bonos p̄cipes posse perscribi. Quis est enim tam irreprehensibilis princeps qui nō quasi in pulchro corpore aut neuum aut uerucam habeat? Videor facturus opere precium: si hodiernam hanc enarrationem uersibus elusero: a poeta luculento graphice & concinniter factis ad principem intuendum: quos scribi debere cēsemus pro foribus omnium edium principaliū: quos habere p̄cipes cordi & memoriæ saluberrimum puto. Versus autem de quibus loquor: qui didascalici & instar p̄treptici probantur: hii sunt.

In annulo boni p̄cipes

Tu ciuem patremq̄ geras: tu consule cunctis
 Nec tibi / nec tua te moueant / sed publica uota .
 In cōmune iubes siquid censetq̄ tenendum
 Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
 Fit populus: nec ferre uetat / cū uiderit ipsum
 Auctorem parere sibi: componitur orbis
 Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
 Humanos edicta ualent q̄ uita regentis .
 Mobile mutatur semper cum principe uulgus.

Claudia
 ni uersus
 memorabilia.

Superat ut oñderem? i romano ip̄erio hosca oēs status: de q̄b̄o añ dictū est extitisse. Q̄ d' ut sūmati & q̄si trāscūter attingā. A Platōe philosophiaq̄ didici:

mus naturales esse cōuerfioēs quasdā reꝝ publicarꝝ
ut ex tū a pꝛicipibus tenerent: tū a populis/ aliqñ ab
optimatibꝝ: Q d potissimū accidit romanæ reipu. q̄
ut sublimibꝝ i clementis augetet uirtus & fortuna
plerūq; alioq dissidentes mutuo cōcordiæ nexu con
uenerūt: & ita factū est: ut populus Romanus uirtu
te/ ac fortūa simul suffragatibꝝ (Virtus. n. sine fortūa
māca ē & mutila) ad sūmū fastigiū puenerit. Cuius
pꝛia ætas & q̄si icunabula sub septē regibꝝ ānos pꝛpe
ccl. fuerūt. Dein ætatē igressus adultā mō sub Ari
stocratico mō sub Democratico statu uires exercuit
& lacertos mouit p annos circiter. cccc. Tādē post gē
tiū/ nationū/ regū ceruices oppꝛssas. post subactā diu
tinis bellis maximā orbis terrarꝝ partē: Vrbs uenera
bilis Cæsaris tāq liberis suis regēda pꝛimonii hoc
ē iperū romani iura pꝛmisit. De qbꝝ Suctonius Tran
qllus unus oꝛum pꝛpositissime diligētissimeq; cōscri
bit: Cuius libros multiuga: nec triuiali eruditiōe pꝛ
gnātes scaturiētēsq; una cū cōmētariis nꝛis hoc āno
enarrabimus: dabimusq; operā/ ut edulia nꝛa nouis
cōdimētis odita/ faciāt ad stomachū: sintq; citra nau
seā/ & facietatē. Trāq llo copulabitꝝ Oratius Flaccus
Cuius sermōes nō minus frugiferi q̄ uoluptifici fu
turi sūt animis auribusq; auditorꝝ purgationibꝝ.

Virtus
fortuna

Cæsares
tanq̄ filii.

τελος.

Impressum Bononiæ p Bñdictū Hectoris boñ. an
no dñi. M. III D. Eid. Dembr. Io. Bentiuolo fecli
citer regnante .

Ex. completo cum 38 fls.

